



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 12. Cardinalis Medicæus Purpura renuntiata, nuptias contrahens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

## §. XII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1709.*Cardinalis Medicæus Purpura renun-  
tiata nuptias contrahens.*

Jam per integros duos annos haud in-  
 certus spargebatur rumor de nuptiis *Epiſt. Clem.*  
 a Francisco Maria Mediceo ineundis; *Orat. Con-*  
 cūm enim ambo Fratrum suorum Ne-*ſit. ejusd.*  
 potes Ferdinandus ac Joannes Gasto*pag. 34.*  
 ex suis uxoribus nullas proles masculas  
 suscepissent, tam familiæ ſuæ propa-  
 glandæ, quam Italicæ tranquillitatis  
 conservandæ studio incitatus, Vincen-  
 tio Manierio Signaturæ Procuratori ſpe-  
 ciale mandatum dedit, ut ejus nomine  
 Cardinalatus atque Ecclesiastici Præ-  
 fulis dignitatem abdicaret. Hic ergo  
 re ad Papam delata, die decima nona  
 Junii Patrum Senatum ingressus, præ-  
 fati Cardinalis literas ad Papam & S.  
 Collegium datas tradidit, supplicavit-  
 que, ut Pontifex abdicationem hanc  
 acceptare dignaretur, qui etiam ex-  
 plorata Purpuratorum ſententia resigna-  
 tionem rite factam eſſe pronuntiavit,  
 his verbis: *Admisimus cefſionem Cardina-*  
*latus:* quibus dictis Manierius Galerum  
 rubrum ſuper argenteum discum Ponti-  
 fici obtulit, quo ad Consistorii Aulam,  
 & inde ad Pontificis cubiculum depor-  
 tato, Medicæus, cum in nullo ex  
 Sacris

**Sæc. XVIII.** Sacris imo nequidem ex minoribus, ut  
 A.C. 1709. vocant, Ordinibus constitutus esset, in  
 primævam Laicorum libertatem resti-  
 tutus est: id ipsum vero Pontifex eidem  
 significavit die vigesima nona Junii hisce  
 literis: „Ea est vis ac præstantia Pa-  
 „terni nostri amoris erga nobilitatem  
 „suam, inclitamque Mediceam Domum,  
 „ut quamvis probe intelligeremus, quan-  
 „tum decoris, ac ornamenti Sacro huic  
 „sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium  
 „Collegio, ipsique Apostolicæ Sedi ac-  
 „cederet te Considente in amplissimo  
 „hoc Senatu, ubi tamen audivimus,  
 „te ad alia capeſſenda consilia populo-  
 „rum votis, ac publicis etiam causis,  
 „atque rationibus magnopere urgeri,  
 „non gravati simus precibus tuo nomi-  
 „ne nobis oblatis pro obtainenda facul-  
 „tate dimittendi Cardinalitiam digni-  
 „tatem annuere, & dimiſſionem ipsam  
 „per tuum Procuratorem coram nobis  
 „in nupero consistorio nostro secreto  
 „rite, ac decenter factam admittere.  
 „Charitate autem in te nostra ulterius  
 „cæpimus, ac prosequimur, Deum  
 „optimum maximum precari, ut spem  
 „ac desiderium commune optata ejus-  
 „dem tuæ Domus propagatione solari  
 „velit: Confisi validum inde præſidium  
 „huic Sanctæ Sedi & Ecclesiæ allatum  
 „iri. „

Duxit

Duxit postea Mediceus Eleonoram Sæc. XVIII.  
Gonzagam Principem de Guastalla, ex A.C. 1709.  
qua tamen nullam prolem procreave-  
rat, biennio post morte sublatus.

### §. XIII.

#### *Catholici in Hibernia acerbe vexati.*

Cum jamjam anni prioris die deci- Clef. du  
ma septima Martii Angliæ Regina Cabin.  
omnibus utriusque Regni Prætoribus Octobr.  
injunxit, ut omni poenarum severi- pag. 314.  
tate in Catholicos desævirent, ideo præ- Theatr. Eu-  
primis Warthonus Comes Hiberniæ pag. 247.  
Pro-Rex omnes Jesuitas & Sacerdotes  
ex toto Regno, indictis poenis in læsæ  
Majestatis reos decretis ejecit, & in-  
colis religione Catholicis interminata  
bonorum proscriptione injunxit, ut fi-  
dem Jacobo II. legitimo suo Regi præ-  
stítam palam ejurarent; cumque com-  
pertum esset, quod Lismorensis Ab-  
bas libellum quemdam, et si in eo nil nisi  
preces pro ejusdem Regis, suique Filii  
Walliæ Principis incolmitate contine-  
rentur, in Galliis Anno 1700. editum  
divulgasset, hinc Pro - Rex hunc Sa-  
cerdotem præter quingentarum sterlin-  
gicarum multam, condemnavit, ut  
cunctis forensis judicii diebus cum in-  
fami schedula e collo pendula publico  
populi ludibrio exponeretur: Insuper  
*Hist. Eccles. Tom. LXVIII. D toto*